

Responsio Patrum Societatis Iesu ad  
Propositiones 2<sup>o</sup> loco  
propositas.

1<sup>a</sup> Propositio.

Verum ante bonum usum liberi arbitrij, quem ex innata libertate homo habiturus est, ut disponatur ad Iustificationem, aut ad vitam eternam perveniat ponenda sit in Deo praedestinatio, et praescientia.

R<sup>o</sup> Ponenda est in Deo praescientia, et praedestinatio ante bonum usum liberi arbitrij, quem et si principaliter, et potissimum ex gratia homo habiturus est, tamen si quomodo libere concurrat (quod negari non potest) certum est minus praecipue ex innata libertate operari, ut disponatur ad Iustificationem, aut ad vitam eternam perveniat.

2<sup>a</sup> Propos:

Verum si ponatur talis praedestinatio, et praescientia nulla homini libertas arbitrij relinquatur in actionibus, quibus ad Iustificationem disponit, aut ad vitam eternam pervenit.

R<sup>o</sup> si ponatur talis praescientia, et praedestinatio homini libertas arbitrij ad praedictas actiones relinquatur, nec de hoc dubitari potest.

### 3<sup>a</sup> Propos:

Utrum diuina praedeterminatio, et praedestinatio sit causa efficiens  
mediantibus efficacibus diuinae grae auxilijs de se, et ut sunt  
a Deo, actum humanos qui ad Iustificacionem sunt necessarij;

R<sup>r</sup> diuina praedestinatio est causa efficiens actum humanum, qui  
ad Iustificacionem sunt necessarij, mediantibus diuinae grae  
auxilijs efficacibus quidem ut sunt a Deo, atque ita de se,  
ut non excludatur respectus ad liberum arbitrium.

### 4<sup>a</sup> Propositio.

Utrum aliqua auxilia grae sit de se efficacia ad efficiendum  
quod liberum arbitrium consentiat, an uero ab ipso libero arbitrio  
pro sua sola, et innata libertate huiusmodi auxilia grae effi-  
cacia uel non efficacia reddantur.

R<sup>r</sup> aliqua auxilia grae sunt praedictis modo de se efficacia  
ad efficiendum, ut liberum arbitrium consentiat. et quamuis  
a libero arbitrio pro sua sola, et innata libertate interdum  
non efficacia reddantur; tamen sicut a se solij, et sine  
aliquo respectu ad liberum arbitrium efficacia non sunt,  
ita nec a sola, et innata libertate efficacia sunt, sed  
potissimum a Deo, et ex se, minus uero praecipue ex respectu  
ad liberum arbitrium, quem gratia ut uoluntati congrua  
comprehendit.

5<sup>a</sup> Propos.

5<sup>a</sup> Propositio

153

Utrum diuina praedestinatio sit diminuta in effectibus, seu me-  
dijs necessarijs ad iustificationem, et salutem.

R. non est diminuta sed perfectissima.

6<sup>a</sup> Propositio.

Utrum praedestinatio se efficaciter extendat eamquam ad effectum  
ad bonum illum usum liberi arbitrij, quem homo praedestinatus  
habet, dum auxilijs proueniens gratiae se applicat liberè illij  
bene uendo.

R. sine dubio se extendit.

7<sup>a</sup> Propositio.

An totius talis Vnus sit dumtaxat praescitus à Deo, non autem  
praedestinatus, aut praedefinitus.

R. non modo praescitus, sed et praedestinatus.

8<sup>a</sup> Propos.

Utrum talis bonus unus praescitus sit ratio praedestinationis.

R. talis bonus unus praescitus non est ratio praedestinationis.

Haec tamen ac reliqua omnia quae uel adhuc diximus, et  
scripsimus, uel dicemus, et scribemus in posterum scriptae Romae  
Catholicae ecclesiae atque S. N. Iudicis ut aequè est, demitte subiiciam.

*[Faint, mirrored handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is illegible due to fading and bleed-through.]*